Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



habeo panes iacentes ad manum. sed tamen panem
sanctum. Si modo sunt puri maxime a mulieribus
mundantur. Et ridens dominus sacerdoti dixit ei.
Et quidem si de mulieribus agitur continuimus nos
ab hieri et nudiustertio. quando egrediebamur
et fuerunt vasa puerorum sancta. Dominica .vi.

Samuel autem mortuus est et congregatus est omnis israel et planxerunt eum. et sepelierunt eum in domo sua in ramatha. Consurgensque dauid abiit in desertum pharan. Fugatus est autem saul. quod dauid abscondisset se in deserto. Qui consurgens cum tribus millibus virorum venit in desertum ut quereret dauid. metatusque est castra in gabaa in colle achile que est ex adverso solitudinis in via. Tu David autem habitabat in deserto. Videns ergo dauid quod venisset saul post se in desertum misit exploratores et didicit quia ibi esset certissime. surrexitque clam et venit ad locum ubi erat saul. Cumque vidisset locum in quo dormiebat saul. et abner filium ner. princeps militiae eius. et saul dormiebant in tentorio. et reliquum vulgus per circuitum eius.